

Etus ad suam cuiusque Episcopi diocesim ex decreto d. cap. 7. §. 1. de casuum reserv. ibi. Nec dubitandum est quin hoc idem Episcopis omnibus in sua cuiusque diocesis liceat. Ergo non ex-  
 87 tenditur ad Regulares degentes extra diocesim Episcopi reservantis. Et quamvis decretum Clementis quoad Regulares sustulerit privilegia, & exemptiones quascunque non tamen fecit ut subicerentur Episcopo, qui etiam cessante exemptione eidem subditi non erant; neque enim prodiit ad ampliationem, sed ad declarationem Concilii, ideoque non subiecit Episcopo reservanti Sacerdotes alterius diocesis, quos nec Concilium subiecit; ac propterea impedit solum, quominus Regulares possint absolvere a reservatis Episcopo, in cuius diocesi morantur, sed non a reservatis alieno, cui non subiacentur.

Quarto, non est dubium quin Regulares possint absolvere a casibus reservatis de Episcopi licentia. Pone igitur subditum Episcopi reservantis reperiri in aliena diocesi, arque habere casus aliquos reservatos, quos necesse habeat confiteri. Quaro cuius Episcopi licentia sit requirenda, ut Sacerdos a dictis casibus absolvere valeat. No Episcopi, in cuius diocesi poenitens reperitur; quia ipse, ut supponimus, eos casus non reservavit, cap. Verbum, de poenit. dist. 1. cap. Cum inferior, de major. & obed. Federic. de Sen. conf. 14. Monach. num. 4. vers. in secunda quest. Item non Episcopi reservantis, quia is non potest licentiarum Sacerdotes non subditos ad confessiones suorum subditorum audiendas, secundum gloss. hic in ver. Alieno Sacerdoti, quae communiter recipitur. Ergo nullus Episcopi licentia requiritur, ac proinde licebit Regularibus approbatis a praedictis casibus absolvere, quocumque Episcopo in consulto, ne alioquin poenitentes necessario careant beneficio absolutiois.

Quibus accedit quod esset nimis grave indistincte poenitentes remittere ad Episcopum reservantem: numquid enim Italiam in Galliam, aut Germaniam profectus, rejici debeat ad suum Ordinarium pro absolutione a reservatis obtinenda?

Quinto, si Regulares non possint absolvere poenitentem a casibus in aliena diocesi reservatis, teneatur habere notitiam casuum illic reservatorum: Oportet enim scire Sacerdotem a quibus casibus absolvere non possit, Clem. Religiosi, de privil. Sylvest. in ver. Confessor, 3. num. 2. Tolet. instruat. Sacerd. lib. 3. cap. 35. vers. Tertio. Sed consequens est absurdum, quia impossibile est, ut Sacerdotes noverint casus ubique locorum reservatos. Ergo & anteedens; praesertim vero quod ex eodem decreto Clementis locorum Ordinarii jubentur patrociantur, & necessarios sibi reservare, ne subditi aut Confessoribus in animarum salute procuranda sint onerosi.

Sexto inter alias causas, ob quas Episcopi casus sibi reservant, una est Sacerdotum imperitia, propter quam in arduis casibus volunt ad se haberi recursum, ut post Laud. inquit Steph. de Gazeta, in d. repet. cap. Ad limina num. 359. vers. Quare autem. Haec autem ratio potest non vigere in ea diocesi, ad quam poenitens divertit; Ergo illic non habebit locum reservatio ex defectu non solum potestatis, verumetiam voluntatis reservantis. Neque enim est verisimile, ut exempli gratia Episcopus Cattaren, qui forte casus graves sibi

reservavit ob ruditatem Sacerdotum illius diocesis, intendat huiusmodi reservationem efficere etiam Sacerdotes in urbe, aut Mediolani confessiones audiendas cum facultate casuum reservatorum approbatorum.

Septimo, ex decreto Clem. Episcopus non prohibetur absolvere poenitentem alterius diocesis a casibus illic reservatis, quia unius Episcopi reservatio ex defectu jurisdictionis non afficit alium, Tolet. instruat. Sacerd. lib. 3. cap. 14. Ergo nec debet ceteri prohiberi Regularis ab Episcopo Delegatus ad casus Episcopales; nam sicut Episcopus non habet in alium Episcopum jurisdictionem, ita nec in Delegatum ab eo. Ideoque Sylvest. in ver. Confessor, 2. num. 4. vers. Secundum est, docuit cum cui huiusmodi facultas absolventi committitur posse absolvere contra prohibitionem alterius Praelati, vel inferioris, vel aequalis.

Octavo, quilibet Sacerdos approbatus potest absolvere peregrinos, scholares, & vagabundos a casibus reservatis ab illorum Episcopis. ad Sum. Raymun. de poenit. & remiss. §. 15. in ver. Longum, Caiet. in Sum. verb. Absolutio, cap. 3. ubi refertur Eugenium Papam ita ore expressisse, licet huiusmodi viatores abque licentia proprii Sacerdotis viam fecerint; & sequitur Tolet. instruat. Sacerd. lib. 3. cap. 13. num. 7. vers. Tertius casus. Id autem nulla alia ratione procedit, nisi quia scholares, & alii supradicti sortuntur forum poenitentiale ubi moram trahunt, gloss. in Clem. 2. in ver. Prefbyteri, de privil. quam dixit notandam Card. n. 8. & tractum DD. proinde relati. Sed ratio eadem, quae in scholaribus, & peregrinis militat respectu omnium Sacerdotum, vigor etiam in aliis omnibus respectu Regularium, quia illis tanquam Delegatis Sedis Apostolicae similiter subiacentur poenitentes ex alienis diocesis convolantes, & illorum forum sortiantur, ut in c. Insuper Sac. Congregatio. Ergo sicut reservatio Episcopi non obstat peregrinis, quominus absolvi possint a Sacerdotibus approbatis ab Episcopo, in cuius diocesi reperitur; ita etiam non obstat ceteris aliis, quo minus absolvi possint a Regularibus similiter approbatis ab Episcopo, in cuius diocesi morantur.

Postremo hanc sententiam probavit in specie Navarr. conf. 21. de poenit. & remiss. & in man. 4. 27. n. 261. vers. Ad questionem. ubi etiam respondit non modo regularem, sed etiam, parochum habentem facultatem absolventi a casibus reservatis Episcopo suo, posse absolvere poenitentem alterius Episcopatus. Atque ibi etiam asserit ita se habere consuetudinem: nunquam etiam, inquit, intellexi ullum confessorem legitimum, cui esset praedicta facultas, remississe quam ad Episcopum alterius Episcopatus, & consuetudo ampliare potest jurisdictionem, imo & dare non habenti, cap. Duo simul, cum gloss. de offic. ordi. eandem opinionem securus est Tolet. instruat. Sacerd. lib. 3. c. 14. in fin. Jacob Graff. decisi. canon. cap. 1. lib. 1. c. 15. nu. 48. Henriq. lib. 3. de poenit. Sacram. cap. 8. §. 5. & cap. 14. §. 8. & nonnulli alii ex recentioribus; qui omnes similiter testantur ita observari ex consuetudine.

Quae tamen opinio quoad sacerdotum seculares maximam patitur difficultatem, imo vera non videtur, quia nulla potest consuetudine introduci, quod aliquis praeter sui superioris licentiam confesso-

resolvat, qui cum possit solvere, vel ligare: quae sunt formalia verba tex. in c. 2. §. Nulla quoque, de poenit. & remiss. lib. 6. ubi gloss. in ver. Confessus, reddit rationem cur huiusmodi consuetudo non valeat, quia, inquit, esset onerosa Ecclesiis, cap. 2. de Confess. & ex ea frangitur ecclesiastica disciplina nervus, cap. Cum venerabilis, eod. tit. & etiam esset contra obedientiam Principis praescribere, c. Cum non liceat, de praescrip. quod procedit etiam si consuetudo esset immemorabilis, ut in d. c. 2. adnotatur Gemin. col. 1. vers. Tertio nota.

Et cum d. textus non simpliciter tollat consuetudinem, sed dicat nullam posse consuetudinem introduci, atque ita resistat principis introductioni illius; per ea verba reprobandur, ac tollitur tam praeterita, quam futura consuetudo secundum munem Canonistarum opinionem in c. Vnde Cler. non resid. in 6. & patet ex quampuribus consensibus Titac. in proem. de utroque veritat. n. 17. & seq. Sed quia haec questio non est praesentis indaginis; tans est quod pertinet ad dubium, de quo nunc agitur regulares in ea diocesi, in qua sunt approbati, posse absolvere consentientes etiam a casibus in aliena diocesi reservatis; in hoc enim plus operatur Apostolicum privilegium, quam consuetudo, ut patet in cap. fin. hoc tit. & in Extravagan. de electione, de heret. ubi damnatur error Joannis de Poliacio assertentis Summum Pontificem non posse concedere regularibus generale privilegium audiendi confessiones sine licentia proprii sacerdotis, quem dicebant esse parochialem curatum.

In dubiis autem favendum est absolutioni, quia reservatio est strictè intelligenda, & ut minus ledat facultatem regularium, quam fieri possit, Vital. in d. Clem. Dudum, §. Per huiusmodi, n. 7. de sepulc.

Nec obstat quod in fraudem reservationis laxepoenitentes confluant ad propinquas diocesis pro absolutione impetranda. Nam respondetur hanc objectionem petere principium: quia si licet poenitenti confiteri reservata in aliena diocesi; ergo nullam fraudem committit confitendo; neque enim videtur dolo facere, cum iure suo utatur, ut in regula Digestorum Nullus; nam, ut ait Ulpianus in l. Injuriarum, §. 1. ff. de injur. Is qui iure publico utitur, non dicitur injuria facienda causa hoc facere; juris enim executio non habet injuriam. Praeterea quod posse fieri decisio cum limitatione, dummodo id non fiat in fraudem reservationis: idque verum, ac tutius videtur exemplo Clerici prima tonsura, qui beneficium obtinet in aliena diocesi: nam etsi promovetur possit ad maiores Ordines ab Episcopo beneficii quantumvis tenuissimi, ad praescriptum cap. Cum nullus, de tempor. ordi. in 6. tamen si illud beneficium sibi in fraudem confiteri cavent; ut cludat examen, ac iudicium sui Ordinarii; censetur male promotus, & remanet suspensus ab executione Ordinum tanquam ordinatus a non suo Episcopo, juxta cap. 8. §. 23. ut S. Congregatio declaravit: quae idem etiam respondit in laico ordinato post commissum delictum: nam quamvis crimen non habens censuram annexam, si de illo poenitentiam egerit, non impediatur illius promotionem, ut notatur per DD. in cap. Si pro Clerico, de poenit. in 6. tamen si pro moveri le fecerit in fraudem iudicis laici, ut quia causa est preventa in Cura saeculari; in ea causa fore privilegium non gaudet. In quo S. Congregatio secuta est opinionem Jo. And. quae

Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

communis est in cap. Vnico, de oblig. ad rator. Et in hac materia cavendum esse ne quid fiat in fraudem vel praedicti proprii sacerdotis, advertit Sylvest. in ver. Confess. n. 10. vers. Nisi forte sit Episcopo reservati.

De Poenitentia, & remissionibus.  
 Cap. Cum ex eo.  
 S V M M A R I V M.

- 1 Quae flores elemosynarum sine Apostolicis vel Diacesanorum litteris admitti non debent & num. 4.
- 2 Et debent esse modesti, & discreti, & a locis & expensis incongruis abstinere & num. 9.
- 3 Indulgentias Episcopi concedere non possunt in dedicatione Basilicae ultra annum, & in anniversario dedicationis, & pro quibuslibet aliis casibus ultra 40. dies, & num. 14.
- 4 Quae flores elemosynarum indigent litteris Papae, vel Episcopi, si elemosynas quarant nomine alieno, secus si proprio.
- 5 Quae flores non possunt pro elemosynis colligendis aliud populo proponere, vel predicare, quam in eorum litteris continetur.
- 6 Et quid post Concilium Tridentinum, n. 18. & num. 22.
- 7 Quae flores abusus corrigere ad officium Episcoporum pertinet non obstante exemptione, & numer. 24.
- 8 Litterarum forma pro colligendis elemosynis, qua uti solet Sedes Apostolica, & secundum quam Episcopi debent suas litteras moderari, refertur in textu.
- 9 Beginarum & puerarum hospitalia sunt quasi prostibula, a quibus modis omnibus est cavendum.
- 10 Indulgentia per Praelatos concessenda debet esse moderata, & secundum quantitatem, & qualitatem causae.
- 11 Per indulgentias indiscretas, & immoderatas claves Ecclesiae contemnuntur, & poenitentiales satisfactio enervatur.
- 12 Indulgentia profuat ne dum in Purgatorio, sed etiam quoad poenitentiam hic in iunctam.
- 13 Papa potest restringere potestatem Episcoporum in concedendis indulgentiis.
- 14 Indulgentia, quae ab Episcopis conceduntur ultra annum in dedicatione Ecclesiae, & ultra 40. dies in aliis casibus, sunt ipso iure nulla in ea parte, in qua excedunt.
- 15 Episcopi habent potestatem concedendi indulgentias a Papa: ipse vero a solo Deo.
- 16 Indulgentias ultra numerum dierum hic taxatum non prohibentur Episcopi concedere in foro poenitentiali.
- 17 Quae flores elemosynarum, qui per se, vel per alios predicare presumunt, ab Ordinariis locorum sunt puniendi non obstantibus Privilegiis & num. 24.
- 18 Quae flores nomen, atque usum abolere iussit Concilium Tridentinum.
- 19 Indulgentiae adhibitis duobus de Capitulo, des bitis temporibus ab Episcopo sunt publicanda.

Episcopi elemosynas, & oblata sibi charitatis subiecta colligere, nulla tamen mercede accepti, ibidem.

21 Formula litterarum in Sacra Congregatione Concilii compilata ad colligendas elemosynas pro hospitalibus actu hospitum aliam exercentibus refertur.

22 Elemosynarum collectores hodie quas qualitates habere, & que observare debeant in querendis elemosynis.

23 Campanelle usus in elemosyna colligendis solum Religioni Sancti Antonii à Sede Apostolica fuit concessus.

24 Elemosynarum collectores non observantes leges sibi præscriptas publice sunt puniendi, & statim removendi ab Episcopo diocesano.

25 Monachus Sancti Antonii non est prohibitus à Concilio Tridentino elemosynarum collectio, quam faciunt tempore astatis.

26 Presbyteri non prohibentur à Concilio Tridentino accedere ad accipiendas primitias frugum, sive animalium.

27 Fratres Ordinis Mendicantium non prohibentur elemosynas querere, & eorum nomine rituum, & vinum tempore messium & vindemiarum, & alias res colligere. Dummodo id non faciant per alios, sed per se ipsos. num. 30. & n. 32.

28 Cruciatata non obstat quominus Religioni S. Antonii liceat colligere elemosynas forma à S. Congregatione Concilii præscripta.

29 Indulgentias quaerendas facultatem quomodolibet continentibus revocavit Pius V. prætextu indulgentiarum, & facultatem quaerendas fieri prohibuit.

30 Elemosynas colligere pro piurum locorum necessitatibus non est prohibuitum.

31 Regulares querentes elemosynas extra diocesim, in qua situm est monasterium tenentur suorum superiorum licentiam Ordinario ostendere, & illius consensum obtinere.

32 Episcopus potest tam in sua diocesi, quam in aliena de Diocesani consensu per personas spectate prohibitas, ac fidei elemosynas querere pro Ecclesiis, & piis locis sue diocesis.

**Q**UAM EXEO. Elemosynarum quaestores sine Apostolicis, vel Diocesanorum litteris admitti non debent; nec tunc proponant ultra id, quod in ipsis litteris continetur. Hoc primò; & communis forma litterarum inferitur. Hoc secundò; & debent esse modesti, & a locis, & expensis incongruis abstinere. Hoc tertio; in dedicatione Basilicæ ultra annum, & in anniversario dedicationis, & in litteris indulgentiarum concessis ab alio, quam à Papa, ultra 40. dies remissio excedere non debet. Hoc quarto; & sic patet quatur esse partes principales: Scilicet, ubi formam. Tertia ibi, qui autem. Quarta ibi, ad hæc. Jo. Andr. cum quo ceteri concordant.

4 Nota primò ibi, Apostolicas, vel diocesanas litteras. Elemosynarum quaestores, quales sunt quaestores hospitalium Sancti Antonii, & Sancti Spiritus in Saxia, & consimiles, non esse admitten-

dos, nisi litteras apostolicas, vel Episcopos diocesani ostendant; & altera scilicet litterarum sufficiat, ut innotuit distinctiva, vel cap. Inter cetera supra descriptis, & cap. Inter alternatius, de regn. jur. lib. 6. licet cap. Excommunicamus, & Quæverò nonnulli, de hereticis, secundum Hostien. hic nu. 1. in verbis Nisi apostolicas, & Jo. Andr. eodem num. & verò, & hoc verum secundum eos si apparent litteræ non suspentur, aliàs contra, ut cap. Quod super, de fid. instrum. nectales exculantur ab hac Constitutione ex eo, quod sint exempti ut in Clē. 2. de penit. & remiss. & hoc iusta de causa fuit constitutum, ut dignoscere an essent tales, quod sit assertum, Plerumque enim contingebat, atque contingit, ut assumptio fidei Religionis haberi, se fingant alios, quam sint, ut patet in textu ibi, se alios mentiendo, nec non ibi, ne falsa religionis habitum gestent. & propterea antequam admittantur, debent diligenter ab Episcopis examinari. Hoc tamen obtinet in histantium quaestoribus, qui elemosynas quaerunt in misericordis hospitalibus, vel pios, & sic nomine alieno; sed vero si proprio nomine pro se ipsis elemosynas quaerant; quia tales nullis indigent litteris, cap. Quæcamus, 42. dist. cap. Non fati, 82. dist. secundum Mar. Socin. hic nu. 4.

6 Secundo nota ibi, præter id, quod in ipsis continetur, tales quaestores non posse pro elemosynis colligendis alio populo proponere, vel prædicare, quam in eorum litteris continetur: quod provide sancitum fuit, quia tales confiterentur multas proponere abusiones, & mendacis; & plures illorum fraudes recitat Hostien. in cap. Cum ex eo, num. 11. supra de reliq. & reversione. SS. nam plerumque & vota commutabant, & absolvent ab a pena, ut ibi per cum. Ad officium autem prælatorum pertinet pravos illorum abusus corrigere, ne fidelis populus variis illorum figmentis, & falsis documentis decipiantur, ut habetur in d. cap. Cum ex eo, & excedentes ab eisdem Prælati puniri possunt, non obstante exemptione, ut in de Clem. 1. in fin. de penit. & remiss. ubi ratio subijcitur, ut à suis temerariis ausibus, qui ubique (ut communis habet assertio) nimium exercebant, penæ formidæ propensius competantur.

8 Tertio nota formam, qua communiter uti solet Sedes Apostolica in indultis quaerendis pro hospitalibus, ac locis piis, & secundum quam Episcopi diocesanii debent & ipsi suas litteras moderari. ut hic dicitur in verbis Formam: sed hodie qualis esse debeat ista forma, patet infra nu. 21.

9 Quarto nota in verbis Qui autem, quales esse debent illi quaestuari; debent enim esse modesti, & discreti, & non divertere in tabernis, & aliis locis incongruis; & notandum est, ut dicunt Host. n. 12.

10 Jo. Andr. & Marian. Socin. eod. nu. quia textus non dicit, prohibitis, quæ omnino prohib. non: nam & cavendum est à quasi prohibitis, sicut sunt hospitalia quorundam beguinarum fidium, quod perniculorum genus est mulierum, nec de facili alios, quam R. & Glosos admittit à quibus modis omnibus est cavendum, cap. Perniculam, & cap. Dispensamus 18. qu. 2. Hodie istarum status diminutus est per Concilium Viennense, ut in Clem. Cum de quibusdam, de religiof. domib. & in Clem. pro de hereticis, & de illis beguinis vide quod scripsi in cap. Nullus, ut. 36. supra de for. competen. Item isti quaestores abstinere debent ab in utilibus, & sumptuosis expensis, ut in littera, sic super de censibus,

fibis, cap. Cum Apostolus, & nec gestare debent falsæ religionis habitum; sic supra de privileg. cap. Tuaria, & excedentes in talibus, ab Episcopo puniri possunt, ut dixi supra nu. 7.

11 Quintò nota in verbis Ad hæc, indulgentiam per Prælatum concedendam non debere esse indiscretam, sed moderatam, & secundum quantitatem, & qualitatem causæ, & signa ratione in textu expressam, quia per indiscretas, & immoderatas indulgentias claves Ecclesiæ contemuntur, & penitentiam lais factio enervatur, & ex his ultimis verbis colligit singulariter secundum Marian. Socin. in 8. notab. quod indulgentiæ profunt nedum in Purgatorio, sed etiam quoad penitentiam hic inmundam; quare si aliquid tenetur quinquaginta diebus junare, habita super talibus indulgentia, non tenetur, secundum eum.

12 Ultimo nota ibi, discernimus, Papam posse restringere, & moderari potestatem Episcoporum in concedendis indulgentiis, prout hic fecit Innocentius III. in Concilio generali restringendo eorum potestatem ad annum in dedicatione Basilicæ, & ad quadraginta dies in anniversario dedicationis, & in litteris indulgentiarum, quæ conceduntur pro quibuslibet talibus causis, id est pios causis veluti pro edificatione, vel reparatione Ecclesiæ, vel sustentatione hospitalium, & aliis similibus secundum

13 Host. nu. 26. in verbis Pro quibuslibet, concordat cap. in eod. tit. lib. 6. ubi indulgentiæ ab Episcopis concessæ ultra numerum hic taxatum irritæ dæcennantur, scilicet in ea parte, in qua excedunt, ut ibi declarat Glos. in verbis Non obviat, & Glos. ultim. hic in addit. & perpetuo commenda memorie rationem,

14 quam reddidit Innoc. hic nu. 2. quia minores Prælati omnes habent hanc potestatem à Papa, & ipse à solo Deo, cap. Quamquam, 21. dist. & cap. 1. 22. dist. Item hoc potest Papa ratione principatus, & jurisdictionis, quæ habet super omnes, cap. In nova, 21. dist. & hoc facit ex iusta causa, quia hæc potestate abutentur ita formaliter Innoc. quem totidem verbis sequitur Jo. Andr. nu. 13. & pondera has auctoritates contra eos, qui contentum Episcopos habere jurisdictionem immediate à Deo; de quo articulo dicitur plene scriptum in cap. 1. nu. 29. usque ad n. 35. supra de offic. Ord. subdit tamen notabiliter Innoc. ubi supra potestatem Episcoporum hic restrictam esse, quoad illas tantum indulgentias, quæ sunt publicæ; sed non intelligitur restricta in foro penitentiæ, quia Episcopus possit annos, & dies prout vult indulgere, dummodo discrete faciat.

15 QUÆRO, An ea que disponuntur in hac Decretali circa elemosynarum quaestores, & forma litterarum in elemosynis quaerendis sint correctæ, vel aliqua ex parte modificata ex jure novissimo Concilii Tridentini.

Solutio. Statuit S. Synodus in cap. ultim. in fin. sess. 5. sub Paulo III. quætores elemosynarum, qui etiam quaestuari vulgo dicuntur, nullo modo nec per se, nec per alium prædicare præsumant, & contrafacientes ab Episcopis, & Ordinariis locorum privilegiis quibuscumque; non obstantibus, opportunitatem omnino arceant. Quod & prius interduxerat Urbanus IV. in Constitutio. 2. incip. Licet ex omnibus §. 14. ut in Bullar. tom. 1. pag. 96. & Clem. IV. in cap. 1. officii, §. Competentes, de hereticis lib. 6. Deinde sub Pio IV. cap. 9. sess. 21. statuit Concilium, ut quaestorum nomen atque usus; in quibuscumque Christianæ Religionis locis penitus aboleatur, nec ad officium huiusmodi exercendum ullatenus ad-

Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

mittantur, quia remedia, quæ statuta fuerant adversus pravos illorum abusus tam in Concilio Lateranensi, ut in tex. nostro, ac Lugdunensi, ut in cap. in de penit. & remiss. lib. 6. quam Viennensi, ut in Clem. Abusionibus, eod. tit. posterioribus temporibus reddita fuerunt inania, & eorum malitia ita quotidie excrevit, ut de eorum emendatione nulla spes relicta videatur. Indulgentias vero per Ordinario locorum adhibitis duobus de Capitulo debitis temporibus publicandas esse decernit; quibus etiā datur facultas elemosynas, atque oblata sibi charitatis subsidia fideliter colligendi, nulla propterea mercede accepta.

20 Porro f. mem. Pius V. & Gregorius XIII. ex sententia S. Congregationis Concilii statuerunt scribendas litteras in hanc sententiam locorum Ordinaris, in quorum diocesi hospitalia reperuntur, ut eas elemosynas, quæ pro usu dd. hospitalium, in quibus hospitalitas acta exerceat, dabuntur infra finem hospitalitatis acta exerceat, dabuntur infra finem civitatis, & eius diocesis tantum colligi per mittat, petita tamen ab ipso, & obtenta in scriptis, & gratis licentia, quæ sanè danda videtur, cum in eodem hospitali, sicut asserit, curari soleant pauperes omnes, & morbo laborantes, ut pote S. Antonii, qui ex toto

21 ista diocesi adducuntur, dummodo persona, quæ colligent, honeste viat, & spectate religionis sint, suoq; iudicio approbata, ac mi nimè propter hanc operâ participes dictarum elemosynarum, atq; hoc munere citra ullâ dolum, etiam omni modellia, & dexteritate fungantur, quæstorumq; nomen nullo modo gerant, sed simpliciter elemosynarum collectores nuncupentur, nò secum ferant sua privilegia nec reliquias; nò minis, aut infucationibus inducāt fideles ad elemosynas, nò campanellam, aliaq; similia instrumenta quorumdā quaestorum in signa ad excitandas personas pulsent (collectoribus tamen S. Antonii fuit campanella concessa, cuius usus soli Religioni Sancti Antonii à Sede Apostolica fuit concessus) non petant tanquam debitum, aut solum, neq; ulla arte, etiam prætextu dicendi orationem S. Antonii, vel cuiusvis alterius Sancti, aut aliter extorqueant pecunias, vel alia bona, sed simpliciter, piè, & modestè petendo elemosynam pro sustentatione dictorum hospitalium, accipient tantum, quod sibi spontè offerretur, vel super iis elemosynis ullam quovis nomine conventionem faciant, etiam in utilitatem ipsorum hospitalium. Mox adjungebatur, ut diligenter Episcopus animadverteret, ut hæc omnia præcisè observentur, atq; non solum ad delationem aliorum, sed ex suo etiam micro officio inquireret si qua fraus præsertim adversus leges præscriptas in eis committeretur ab ipsis collectoribus, quos si verè reos commperiret, puniret publice pro modo culpæ arbitrio suo, eosque statim eidem superioribus sufficiens curaret.

22 Ad hæc censuit Sac. Congregatio decretis d. cap. 9. sess. 21. Non prohibere collectionem elemosynarum quam Monachi Ecclesiæ subinvocatione S. Antonii quotannis tempore astatis faciunt pro ipsorum sustentatione, nec etiam Præbiteros, qui accedunt ad accipiendas primitias frugum, sive animalium, quæ offerri spontè solent devotionis ergo. Item nec fratres Ordini Mendicanti, quominus mendicans, & elemosynas quaerant, elemosynarumq; nomine rituum, & vinum tempore messium, & vindemiarum quaerant, sic etiā dicendum de aliis ritibus. Et hic junde

23 Nota primò ibi, Apostolicas, vel diocesanas litteras. Elemosynarum quaestores, quales sunt quaestores hospitalium Sancti Antonii, & Sancti Spiritus in Saxia, & consimiles, non esse admitten-

Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

quæ scripti in cap. *Taurii*, in 2. notab. supra de privileg.  
 28 Rursum cum fuerit questum, an Cruciatæ ob-  
 stare, quominus Religioni sancti Antonii liceret  
 colligere elemosynas forma à sacra Congregatio-  
 præscripta: Responsum est non obstat, sed refe-  
 rendum Sanctissimo, qui probavit Congregatio-  
 nis sententiam, dum agatur de simplicis collectio-  
 ne elemosynarum pro illis hospitalibus, in quibus  
 actu exerceat hospitalitas.

29 Ceterum Indulgentias à Sede Apostolica  
 concessas, pro quibus consequendis manus sine prò-  
 rigenda adiutrices, & quæ questuandi facultatè quo-  
 modo libet continent generaliter, ac perpetuo re-  
 vocavit Pius V. & prætextu Indulgentiarum, & fa-  
 cultatù sine speciali licentia Sedis Apostolicæ qua-  
 stas fieri prohibuit, ut in sua Constitut. 30. quæ inci-  
 pit, Et si Dominum in Bullat. r. 2. pag. 214. & in propo-  
 sito vide aliam ejusdem Pontificis Constitutionem,

30 Quæ plenè sit, quæ in ordine est 99. eodem t. 2. p. 304  
 Fratres Conventuales sancti Francisci eam de-  
 gentes in Abbacia, seu monasterio sancti Viti Poli-  
 guanensis diocesis, quæ quidem Abbacia Conventu  
 SS. Apollolorum Urbis unita est, consueverunt  
 per quodcumq; personarum genus colligere elemo-  
 synas non modo in civitate, ac diocesi Polignanen-  
 sis, sed in universa parte Apulia, atque hujusmodi  
 elemosynæ non cedunt solum beneficio Ecclesiæ  
 sancti Viti, sed in augmentum quoque redditum  
 dicti Conventus SS. Apollolorum.

Quærit Episcopus Polignanensis an possit tuta  
 conscientia permittere, ut dicti Regulares pergant  
 in hac quasi possessione questuandi. Et quod hoc  
 jam censuit. Congregatio fratres Mendicantes ex  
 decreto Concilii cap. 9. sess. 21. non prohiberi quidè  
 elemosynas querere, sed tamè non posse alios eor-  
 um nomine, & autoritate quoquo modo queri-  
 tare; & in casibus contingentibus sæpius respondit  
 dictos Regulares per seiplos tantum posse elemo-  
 synas colligere, & probatur in c. *Taurii* supra de pri-  
 vileg. ceteri dixi in 2. notab. post Butr. n. 2. & Acharn. 1.

Verum quia Regulares dicti Conventus obji-  
 ciunt, quod sine dictis elemosynis per alios con-  
 quiritis vivere non possunt, eum Abbacia redditus  
 non excedat valorem quadringentorum ducato-  
 rum, & omnes applicentur Conventui Sancto-  
 rum, & Apostolorum, deliberandum videtur, an sit  
 illis concedenda facultas querendi elemosynas  
 per alias dioceses ad aliquod tempus de Ordina-  
 riorum licentia, & cum conditionibus solitis præ-  
 scribitur litteris Sac. Congregationis.

Ad hæc ex priorum elemosynis in Cathedrali  
 Polignanensi jandiu constructa est Cappella in  
 honorem sancti Viti, in qua brachium ejusdem  
 Sancti asservatur.

Pro conservatione, & usibus necessariis dicte  
 Capellæ Presbyteri Ecclesiæ de Episcopi consensu,  
 & autoritate soliti fuerunt huculque colligere  
 elemosynas.

Regulares vero negant id eis licere, tum quia  
 illud Brachium sancti Viti ad ipsorum monaste-  
 rium spectat, & in d. Capella non asservatur nisi  
 gratia depositi, vel custodia. Super quo his pendet  
 propediem expedienda. Tum quia id cedit in grave  
 præjudicium dicti monasterii, quod majori  
 parte elemosynis sustentatur.

Tum denique quia ipsi intendunt suppeditare  
 necessaria ad usum dicte Capellæ, quam diu in ipsa  
 dicta reliquia asservabitur, dicuntque hanc que-

storum multiplicatam in diversis diocesisbus esse  
 non posse abque confusione, & scandalo.

Episcopus, qui affert hanc elemosynarum col-  
 lectionem esse necessariam pro dicta Capelle ma-  
 nutione, itidem consulti sacra Congregatio-  
 nem, an sibi liceat in dicta quasi possessione perse-  
 verare, & saltem peit facultatem pro aliis die-  
 cesibus juxta formulam litterarum sacre Congre-  
 gationis. Alias censuit sacra Congregatio nomen,  
 & usum questorum esse penitus à Concilio subla-  
 tum, sed tamen pro priorum locorum necessitatibus  
 non esse prohibendum elemosynas colligere.  
 Sed quia querentes, facile hac facultate abutun-  
 tur, possent fortasse concedi Episcopo litteræ in  
 forma consuetæ ad aliquot annos non aliquibus  
 diocesisbus, ac Ordinariorum consensu.

Itaque ad primum dubiū videtur respondendū  
 prædictos fratres tanquam Mendicantes nequa-  
 quam esse prohibendos elemosynas colligere, dū  
 tamen sit extra diocesim Polignensem quietate  
 voluerint, suorum Superiorum licentiam ostendat  
 loci ordinario, atque illius consensum obtineant,  
 quemadmodum & alias Congregatio respondit.  
 Ceterum nullibi esse permittendum, ut elemosynas  
 querat per alios, quam sui Ordinis fratres

Ad secundum, Episcopo licere quidem in sua  
 diocesi, atque etiam in aliena de Diocelani con-  
 sensu per personas spectatæ probitatis, ac fidei,  
 suoque judicio delegandas elemosynas querere  
 pro Ecclesiis, Capellis, ac locis piis suæ diocesis,  
 quæ ipse pro sua prudentia, & pastoralis sollicitu-  
 dine ejusmodi elemosynarum præsidio magis in-  
 digere arbitrat. Et ita meo tempore ad utrum-  
 que dubium fuit responsum.

De Penit. & remiss.

Cap. Ne pro dilatione.

S Y M M A R I U M.

- 1 Episcopi, & alii Superiores, & minores Præ-  
 lati exempti possunt sine alia licentia sibi eli-  
 gere Confessorem.
- 2 Episcopi possunt sibi eligere Confessorem etiam si  
 exempti non sint.
- 3 Prælatus inferior non exemptus, aut exemptus  
 non Prælatus non gaudet privilegio sibi eligendi  
 Confessorem.
- 4 Rectores Ecclesiarum, item Scholares Episcopo,  
 vel ejus Penitentiario, aut Archiepiscopo  
 civitatis confiteri debent.
- 5 Episcopus an hodie possit eligere Confessorem sibi  
 non subditum qui à proprio Ordinario non fuerit  
 approbatus ad præscriptum Concilii Tridentini in  
 cap. 15. sess. 23. & n. seq. usque ad n. 31. & n. 62.
- 6 Confessor eligendus ex privilegio hujus cap. de-  
 bet esse habitus ad confessiones audiendas, &  
 n. 13.
- 7 Impedimento uno ex duobus sublato actus ex-  
 pediri non potest.
- 8 Sacerdos, ut valide à peccatis absolvat, debet  
 non solum esse approbatus ab Ordinario, sed  
 etiam habere jurisdictionem in penitentes.
- 9 Regulares habentes privilegium absolvendi a-  
 lienos Parochianos an possint illos absolvere si-  
 ne proprii Sacerdotis licentia, & n. 28.

- 10 Privilegium habens eligendi Confessorem non  
 potest eligere nisi eum, qui habet executionem,  
 & n. 33.
- 11 Confessorem eligere est jurisdictione prorogare.
- 12 Sacerdos ab Ordinario non approbatus habet  
 jurisdictionem habitus, sed non actu.
- 14 Sacerdos de jure communi satis est ut habeat  
 potestatem absolvendi habitus, ad hoc ut illius  
 executio per electionem prorogetur, secus post  
 Concilium Tridentinum.
- 15 Episcopus eligendo Confessorem sibi subditum vi-  
 detur illum approbare.
- 16 Confessor electus in vim hujus capituli an cen-  
 setur ordinarius.
- 17 Consuetudo, ac privilegium eligendi Sacerdo-  
 tem non approbatum ad confessiones audiendas  
 sublata sunt à Concilio Tridentino.
- 18 Confessor eligendus in vim Bullæ Cruciatæ debet  
 esse approbatus ab Ordinario ipsius Confessoris,  
 licet in Bulla id non exprimat.
- 19 Confessio sacramentalis an sit nulla, si fiat Sa-  
 cerdoti in ali. na diocesi commoranti etiam sibi  
 approbato ab Ordinario.
- 20 Prælatus inferiores exempti an possint sibi eli-  
 gere Confessorem ab Ordinario non approbatum.
- 21 Et an possint approbare ad confessiones audien-  
 das.
- 22 Privilegium eligendi Confessorem quid operetur  
 post Concilium Tridentinum, & n. seq.
- 23 Sacerdotes seculares non curati non possunt  
 audire confessiones confluentium de alienis die-  
 cesibus etiam in diocesi, in qua sunt approbati,  
 & n. 27.
- Secus est in Regularibus seclusa fr. aude, n. 28.
- 24 Parochus potest confessiones suorum Parochia-  
 norum ubique locorum audire aliorum non pos-  
 test etiam in propria parochia, & n. 29.
- 25 Confessor ab Episcopo electus potest illius confes-  
 siones audire etiam extra diocesim Episcopi ap-  
 probantis.
- 26 Sacerdotes non curati sive seculares, sive regu-  
 lares non possunt audire confessiones etiam sub-  
 ditorum Episcopi approbantis extra diocesim,  
 in qua sunt approbati.
- 30 Actus voluntarie jurisdictionis possunt etiam  
 in alieno territorio exerceri.
- Episcopus iter agentem non debet eligere sibi Con-  
 fessorem in singulis diocesisbus, ibidem.
- 31 Cardinales in vim hujus cap. an possint sibi eli-  
 gere Confessorem non curatum, nec approbatum  
 ab Ordinario juxta Concilium Tridentinum  
 in cap. 15. sess. 23. & n. seq. usque in finem.
- 32 Cardinalis Episcopus, aut Legatus de latere in-  
 dubie habet privilegium sibi eligendi Confes-  
 sorem, ibidem.
- Privilegia non extenduntur de persona ad per-  
 sonam, etiam ex majoritate rationis.  
 Declaratur, n. 40. & 47.
- 33 Prælatus quantumcumque maximus de jure  
 communi non potest sibi eligere Confessorem.
- 34 Episcopus de jure communi confiteri debet Ar-  
 chiepiscopo, Archiepiscopus Patriarchæ, Patri-

- archa Papæ, & n. seq. & 39.
- 35 Prælatus exempti, qui immediate non subsunt  
 Papæ non habent privilegium sibi eligendi con-  
 fessorem & n. 38.
- 36 Cardinales non possunt recedere à curia sine li-  
 centia Papæ
- 37 Tenentur residere in suis titulis.
- 38 Privilegiis causa cessante cessat privilegium.  
 Declaratur, n. 48.
- 39 Cardinales de jure communi confiteri debent  
 Papæ, vel majori ejus Penitentiario, & n. 50.
- 40 Cardinales dignitate, & officio sunt superiores  
 Episcopis.
- 41 Prælatorum appellatione qui comprehendantur
- 42 Cardinales etiam non Episcopi in suis titulis  
 habent jurisdictionem quasi Episcopalem, &  
 minores Ordines conferunt, non tamen uti pos-  
 sunt facultatibus, quæ à Concilio Tridentino  
 Episcopis tribuntur.
- Cardinalis Regni Protector potest inquirere super  
 qualitatibus promovendi, & examen super ali-  
 quo articulo sub delegare. Sed processum Nuntii  
 præventis per se, vel per alium impingere  
 non potest, ibid. vers. Et per que dicta.
- 43 Cardinales sunt Papæ immediate subiecti tã-  
 quam ipsorum judicii Ordinario, & n. seq.
- 44 Familiares Cardinalium à solis Cardinalibus  
 judicantur.
- 46 Cardinales gaudet privilegio Altaris portatilis
- 47 Privilegium sibi eligendi Confessorem tamquã  
 favorabile, & nulli noxium est latissimè inter-  
 pretandum.
- 48 Privilegium eligendi Confessorem quam ob cau-  
 sam Episcopis, & Prælatis exemptis concessum  
 fuerit, & n. seq.
- 49 Causa in dubio an præsumatur finalis, vel im-  
 pulsiva.
- 50 Privilegiatus an possit sibi eligere Confessorem  
 non curatum, nec approbatum ab Ordinario, &  
 n. 52.
- 51 Sacerdos simplices an habeant privilegium si-  
 bi eligendi Confessorem, & n. 54.
- 52 Cardinalium privilegia non comprehenduntur  
 in generali privilegiorum derogatione.  
 Contrarium, n. 55. & 60.
- 53 Privilegium habens eligendi Confessorem tene-  
 tur eligere Sacerdotem habentem executionem  
 ab Ordinario.
- 55 Cardinalium prerogative quamvis multum  
 attendantur in honoribus deferendis, non ta-  
 men eximunt eos à vinculis sacrorum Canonũ,  
 & Apostolicarum constitutionum.
- 56 Augusta quamvis gaudeat privilegio Augusti,  
 tamen sub generali legum vinculo comprehenditur.
- 57 Princeps non est sub lege fori, sed sub lege poli-  
 nature, & rationis.
- 58 Cardinales comprehenduntur in generali deroga-  
 tione respiciente favorem publicum, & salu-  
 tem anime.
- 59 Ideoque comprehenduntur in cap. Omnis utri-  
 usque sexus, de penit. & remiss. Item

- 60 Item in generali derogatione habent clasulas pręgnantes.
- 61 Lex corrigens in uno ex correlativis, corrigit etiam in alio.
- 62 Episcopi possunt sibi eligere confessorem, sed tenentur eligere curatum seu approbatum ab Ordinario.
- 63 Privilegium eligendi confessorem curatum, vel approbatum in quo profuit Cardinalibus.
- 64 Parochus etiam intra limites parochie sue non potest audire confessiones alterius Parochiani sine proprii Sacerdotis licentia. Sed suos Parochianos absolvere potest etiam extra propriam parochiam, n. 66.
- 65 Confessor sive secularis, sive regularis in una diocesi approbatus non potest extra illam audire confessiones etiam personarum illius diocesis, in qua est approbatus, & n. seq.
- 67 Sacerdos secularis etiam in illa diocesi, in qua est approbatus, non potest audire confessiones consentientium ex alia diocesi.
- 68 Consuetudo etiam immemorabilis, ut quis propter sui Superioris licentia confessorem sibi eligere valeat, reprobat.

**N**E PRO DILATIONE. Episcopi, & alii superiores, & minores Pręlati exempti possunt sine alia licentia sibi eligere confessorem. Hoc dicit.

Nota primò Episcopos etiam nō exemptos posse sibi confessorem eligere, prout ex littera subtiliter, & accuratè deductit Host. hic nu. 6. vers. Sed nunquid, cui subscibunt Jo. Andr. Cardinal. & Anchar. omnes in prinip. Burr. n. 5. & Abb. n. 3. vers. Sed quare. Secundo nota ibi, minoribus Pręlati exempti, inferiores Episcopo non gaudere hoc privilegio sibi eligendi confessorem, nisi duobus concurrentibus. Alterum est ut sine Pręlati, puta Abbates, Prępositi, Priores, ut in cap. In singulis, supra de statu Monach. de Presbytero parochiali dicam infra num. 41. Alterum ut sint exempti, idest Sedi Apostolicę immediate subiecti, secundum Host. nu. 7. vers. Inferiores verò, & latius patebit infra nu. 35. Quapropter exemptus non Pręlatus, aut Pręlatus inferior non exemptus hac permissione non utitur, ut per Host. eodem nu. 7. in ver. Minoribus, & Abb. Siculum nu. 3. in ultimo notat. Quod secundum Abb. Antiq. facit contra scholares, qui sibi eligunt confessorem, quem maluerint; & secundum Patrum de Sampsonē facit contra Rectores capellarum, qui sibi eligunt confessores, cum tamen Episcopo, vel eius Penitentiario, aut Archiepiscopo civitatis debeant confiteri, cap. 1. de off. Archiepiscopi & sequuntur hic Ioan. Andr. & Burr. ambo in fine, Cardin. & Ancharan. ambo in prinip.

**Q**UÆRO, An Episcopus in vim huius Decretalis hodie possit eligere confessorem sibi non subditum, qui à proprio Ordinario non fuerit approbatus ab confessiones audiendas ad præscriptum Concilii Tridentini in cap. 15. sess. 23.

Videtur respondendum non posse. Primò, quia hic textus exigit, ut eligatur confessor providus, & discretus: sed talis non videtur posse intelligi is qui ab ipso Concilio in d. cap. 15. declaratur non idoneus ad audiendas confes-

7 nes. Ergo neque in vim huius Decretalis est eligibilis.

Secundò de duobus impedimentis ad actum, uno sublato, & altero remanente, actus exerceri non potest, cap. Ex turant, supra, de usu pall. & cap. Pastoralis, de privil. Sed duo impediunt quominus sacerdotes, quamvis in sui ordinatione absolventi potestatem reperint, absolvere penitentes possint; quorum unum personam respicit ipsorum sacerdotum, videlicet si non sint approbati ab Ordinario, vel parochiale beneficium non obtineat, d. cap. 15. Alterum quod penitentes respicit, idest si in eos jurisdictionem non habeant, cap. Placuit, dist. 6. cap. Omnibus, ubi notatur, supra ead. Ergo quamvis ex privilegio huius textus sublatum sit impedimentum ex defectu jurisdictionis; quia tamen remanet alterum ex inhabilitate personę confessoris, non poterit actus absolutionis expediri. Atque hoc argumentum in hac materia utitur glos. in dicto cap. Omnibus, in ver. Alieno sacerdoti.

Confirmatur argumentum, quia sicut non sufficit privilegium Regularium ut possint alienos parochianos recipere ad penitentiam, sed requiritur licentia proprii sacerdotis, glos. in d. cap. Omnibus in eod. ver. Alieno sacerdoti, nisi sint super hoc specialiter privilegiati, in quibus terminis procedit Extravag. Vas electionis, de haret. ut declarat in prædicta Decretali, Omnibus, Jo. Andr. & post eum Abb. nu. 1. 4. vers. Sed Io. Andr. ita non sufficit licentia proprii sacerdotis, cui æquivaleret licentia ex privilegio juris, nisi ille qui audire debet confessiones alias idoneus sit ut possit absolvere penitentes.

Tertiò, quando simpliciter datur licentia parochiano eligendi confessorem, nō potest eligi nisi is qui habet executionem, ut puta curatus, glos. præall. & Abb. in d. cap. Omnibus n. 1. 4. glos. in Clem. 1. in ver. Specialis, de privil. & ibidem Cardin. q. 33. Et idem Cardin. 1. in Clem. qu. 14. de offic. Vicar. & latius dicam infra n. 53. ergo idem quando à iure huiusmodi licentia tribuitur, ut hic.

Quartò facit ratio, quia movetur glossa, & Abb. ubi supra: eligere enim confessorem est prorogare eius jurisdictionem, unde iudex prorogatus cognoscit iure proprio. At sacerdos non approbatus iuxta decretum Concilii, licet habeat jurisdictionem illam, idest potentiam; non tamen habet actum. Ergo non poterit illius jurisdictionis executionem per eligentem prorogari. Nec applicatus responso Abbatis in Clem. 1. nu. 16. de privil. post Host. in summa, de panit. vers. Cui constituendum, nu. 14. post med. quod executio impeditur ex defectu subditorum, quod cessat quando aliquis alicui sacerdoti legitime subiecti, ut puta per licentiam legitimam: nam hoc procederet nisi aliud subesset impedimentum in persona confessoris proveniens ex eo quod non est approbatus. Sicut ergo non potest eligi excommunicatus, ut per Host. ubi supra in §. Cui Patriarcha, nu. 18. ita nec iste à Concilio inhabilitatus.

Ex quibus concludendum cum Abb. hic in fine & Capell. Tholof. de off. 222. talem eligendum per Episcopos, & Pręlatos debere esse curatum, vel alias habere potestatem ligandi, & solvendi in actu, quod multò magis tenendum est post Concilium, quo expresse in d. cap. 15. in habitum sunt omnes, qui aut parochiale beneficium non obtinent, aut alias approbati non sunt.

Non obstat ratio, ob quam præcipue Host. ubi supra

supra, & Abb. in d. Clem. 1. de privil. & plerique aliant Concilium tenentur sufficere ut solus sacerdos habitu habeat potestatem absolventi ad hoc ut illius executio per electionem prorogeretur, ad notata l. 1. de iudic. quia, ut dictum est, procederet, nisi subesset aliud impedimentum, quam ex defectu subditorum.

Non obstat si dicatur cum Host. ubi supra in §. Cui Patriarcha, confessorem electum ab Episcopo habere illam potestatem, quam habet Episcopus in subditum suum habet potestatem absolventi: ergo, &c. Quia respondetur argumentum tunc habiturum locum, quando Episcopus eligeret sacerdotem sibi subditum: Ex hoc enim quoniam illum eligeret, tacite videretur approbasse.

Non obstat, quod talis confessor videatur ordinarius ex eo quod à lege accipiat potestatem facta electione per Episcopum, ut per Host. ubi supra; confessor autem ordinarius tali approbatione non indigeat: quia responderetur legem supponere sacerdotem idoneum, & eligibilem ex eo quando dat facultatem personę ut possit illum eligere, & illi subiecti: at talis non est sacerdos non approbatus, cum ex Concilio sit in habilis ad confessiones audiendas.

Non obstat quod forte cōsuetudo interpretata sit altere hanc licentiam, prout apparet in S. R. E. Cardinalibus, qui eam habeant simile privilegium à Papa, eligunt in confessorem sacerdotem etiam non approbatum iuxta Concilium. Etenim omnino privilegio Cardinalium, de quo in presenti non queritur: Responderi potest consuetudinem quavis alias tribuat jurisdictionem non prodesse quicquam contra prædictum decretum Concilii, quod privilegia, & consuetudines etiam immemorabiles sunt.

Melior interpretatio ad huiusmodi privilegium sumitur ex ipsis litteris Iubilæ, in quibus cum tribuitur licentia eligendi confessorem, adiectur ut sit approbatus ab Ordinario: sed est expressè non esse adiectum, haberetur pro adiecto, prout sentiebat S. Congregatio Concilii interpretando Bullam Cruciatę.

Sed an talis confessor debeat esse approbatus ab Ordinario ipsius confessoris, vel ab Ordinario penitentię, S. Congregatio interpretando Bullam Iubilæ, & ex eius sententia Sanctissimus declaravit Bullam esse intelligendam de Ordinariis eorum qui audiunt confessiones, non autem de Ordinariis penitentię.

In contrarium induci possit decretum provincię Mediolanen. recognovimus à S. Congregatione, & emendatum, quod relatum est inter scripturas cap. 15. sess. 23. his verbis (Qui ad confessorium etiam regularem in aliena diocesi si commorantem dedit opera se cōfiterens peccata sua sit confessus, nisi confessorius ille ab Episcopo loci, & à constitentis Ordinario ad audiendas confessiones probatus erit, et tamquam in confesso Parochus Eucharistię Sacramentum nemini præbeat.) Sed responderi potest decretum illud loqui de penitentibus non habentibus facultatem sibi eligendi confessorem, qui ad eligendum proprii sacerdotis iudicium ad externos sacerdotes confugiunt.

Eadem dubitatio proposita de Episcopis procedit etiam respectu minorum Pręlatorum, qui si sint exempti simili privilegio gaudent, ut hic, in quibus par etiam resolutio fieri potest; præter-

quam in eo quod dictum est Episcopum eligere posse suum subditum, licet prius non approbatus ab ipso ad audiendas confessiones, quia ipsum eligendo tacite, & ipso facto videtur approbare, inferiores enim Pręlati confessorem approbare non possunt, nisi proprium territorium, ac jurisdictionem quasi Episcopalem habeant, ut S. Congregatio cenluit.

Sed objicies quid ergo prodest privilegium eligendi confessorem à Concilio Episcopis nō ademptum, si in aliena diocesi eum eligere non possunt nisi ab illius Ordinario approbati, & in diocesi propria nullo egent privilegio, cum sicut pro aliis, & pro se possint sacerdotes, approbare.

At respondetur privilegium operari duos effectus. Primus est, quia Episcopi poterunt sibi eligere exterum sacerdotem curatum, vel ab eius Ordinario approbatum, quoniam alias eligere non possent sine privilegio. Nam quidquid sit in regulatibus, presbyteri saculares parochiale beneficium non habentes non possunt audire confessiones confitentium ex alienis diocesibus, etiam in illa diocesi, in qua sunt approbati; etenim cum illorum jurisdictionem non sit ordinaria, sed delegata non extenditur ad eos, qui non sub sunt Episcopo delegatis; ac propterea nulla est absolutionis sententia, quam iidem sacerdotes in eos proferunt, in quos ordinariam, aut delegatam jurisdictionem non habent, ut distinetur à Concilio Tridentino sess. 14. de Sacram. Penitent. cap. 7. de cas. reservat.

Habentes vero parochiale beneficium certum est audire nō posse confessiones aliorum Parochianorum, ut omnes notant in d. cap. Omnibus utriusque supra eod. In hoc ergo prodest privilegium, quod sacerdoti alterius diocesis sive curato, sive approbato, qui alioquin respectu exteri Episcopi esset alienus, poterit Episcopus se subijcere illum eligendo, ejusque jurisdictionem prorogare.

Secundus effectus est quia Episcopi à sacerdote, ut præfertur, electo absolvi poterunt ubique locorum, etiam extra diocesim Episcopi approbantis, quod sine privilegio non liceret: nam presbyteri non habentes parochiale beneficium sive sint saculares, sive regulares non possunt audire confessiones etiam subditorum Episcopi approbantis extra diocesim, in qua sunt approbati, ut scripsit S. Congregatio declaravit.

Poriò consueverunt in hac materia ex sententia ipsius S. Congregationis constitui regulę infra scriptę, videlicet: Sacerdotes saculares non Parochi ad audiendas confessiones ab Episcopo approbati non possunt alias audire extra diocesim, in qua sunt approbati: sacerdotes verò regulares possunt seculis frange aliorum diocesanorum confessiones audire in ea diocesi, in qua sunt approbati, qui ab Episcopo solam approbationem recipiunt, & jurisdictionem habent ex privilegio Summi Pontificis, ut in Clement. Dudum, de sepultur. ejus auctoritas non restringitur ad limites alicujus territorii cap. Curia per mundum, q. 93.

Et in hoc discrepant à confessionibus secularibus; sed tamen cum his conveniunt in hoc quod non possunt illas audire etiam quoad subditos Episcopi approbantis extra diocesim, in qua sunt approbati. At Parochi & conversi alienorum quidem Parochianorum confessiones audire non possunt etiam in propria parochia, cum in eos nullam habeant jurisdictionem, sed suos Parochianos possunt

sunt ubique locorum absolvere, quia in eos ordinariam habent jurisdictionem, & cum actus audiendi confessiones sit jurisdictionis voluntarie, potest etiam in alieno territorio exerceri, *l. i. ff. de off. Proconsul. glo. in c. Novit, de off. Legati, Caldetini, conf. 468. circa princ. vers. Secundo pondera, alias 3. Qui sibi sibi legit.* Ob quam rationem ita concludit Hostien. in *Summa in tit. de panit. §. Cui confitendum, num. 54. vers. Et nunquid extra, Alten. in Summa lib. 5. tit. 14. §. Cui Presbytero est confitendum, q. 4. Navar. in cap. Placuit, num. 64. de panit. dist. 6. Capyc. decis. 203. num. 14. & seqq.* & in hoc discrepant ab aliis Sacerdotibus tam secularibus, quam regularibus, quorum auctoritas circumscriptur finibus, dicecelsis, in qua sunt approbati.

Quorumque autem de Parocho dicta sunt eadem habent locum etiam in Confessore ab Episcopo electo in vim textus nostri. Siquidem tamquam habens jurisdictionem à se, confetur ipsius eligenti proprius, & Ordinatus Sacerdos, ut docentur in cap. *Omnis, Hostien. nu. 22. & Abb. n. 14. Mandos. in tract. de signat. grat. in ver. Confessionale, vers. Advertendum est ad glossam*: ac proinde ad instar Parochi potest audire confessiones Episcopi tamquam subiecti suae ordinariae jurisdictioni, quae cum dicecelsi, quod non liceret secluso privilegio, ut dictum est. Hoc autem plurimum proficere poterit Episcopis praesertim in itinere celebrantibus, juxta cap. *fin. de privi. in 6. Nec transeundo per alienas dicecelsas dimisso solito, & proprio Confessore, cogantur in singulis dicecelsis diversos Sacerdotes eligere. Quod consuetudat Hostien. in d. §. Cui Patriarcha, Resolutions nem habet infra n. 62.*

31 **Ulerius QUAERO.** Posito decreto Concilii Tridentini in d. cap. 15. sess. 23. An S. R. E. Cardinales in vim illius Decreti possint sibi eligere Confessorem non curatum, nec approbatum ab Ordinario. Quaesitio videtur dividenda in duos articulo. Primus est an Cardinalis habeat privilegium sibi eligendi Confessorem juxta hoc capitulum. Secundus est, quatenus habeat an possit eligere non curatum, nec approbatum.

Quoad primum articulum si Cardinalis sit Episcopus, nulla est difficultas, quin gaudat hoc privilegio. Et idem dicendum de Cardinali Legato de latere, quia proculdubio comprehenditur sub illis verbis, & *aliis Superioribus*, & in oratione expressa in littera. Et hoc tenent post alios moderni in institutione canonica lib. 5. in tit. de sacramen. Peniten. n. 172.

32 Sed in Cardinali non Episcopo, aut Legato de latere dubium facit, quod cum haec Decretalis continet privilegium, ut notant hic Anchar. & Abb. non videtur extendenda ad Cardinales in ea non expressis ex notatis per Archid. in cap. *fin. in ver. Indulgentius, de privileg. lib. 6.* Generaliter enim in privilegiis non fit extensio de persona ad personam etiam ex maiestate rationis, cap. *Ne aliqui, ubi Gemin. in 4. notab. de privi. in 6. Anton. de Butr. in cap. Sanè, supra eod. tit.*

33 Praeterea de jure communi nullus Praelatus quantumcumque maximus potest sibi eligere Confessorem, ut hic notat Abb. *nam. 2. in 2. notab.* & probat littera textus ponderando illud verbum, *permissimus*, quod indicat ante hanc permissionem Episcopos, & alios de quibus hic non potuisse te

subjicere alicui Confessori sine sui Superioris licentia. Et est ratio, quia nemo potest legari nisi à suo iudice, ut in cap. *Omnis utriusque*, & in cap. *Quod autem, supra eod.* & cum nullus Clericus sine licentia sui Episcopi possit eligere iudicium non sui iudicis, perlonae, vel rerum; c. *Si diligenti, & cap. Significasti, de foro comper. & cap. Non liceat, 3. qu. 6.* Multo minus iudicium animae, quod majus est, ut arguit glossa *hic in ver. Permissimus*, & Hostien. *num. 5. in eod. ver.* Unde ex jure communis dispositione Episcopus debet confiteri Archiepiscopo, Archiepiscopus Patriarchae, Patriarcha Papae, ut plene per Hostien. in *Summa, eodem tit. §. Cui confitendum*, Sed quia hujusmodi Praelati habent superiores nimis distantes, propterea fuit eis concessum privilegium de quo in textu nostro ut hic advertit Abb. *num. 2.* Similiter Praelati exempti, de quibus loquitur littera hujus textus de jure confiteri debent soli Papae, cui subsunt immediate: de his enim intelligitur haec Decretalis, & non de aliis Praelatis exemptis habentibus supra se alium Superiorem, ut Prior Abbatem generalem secundum Hostien. in d. §. *Cui confitendum, vers. Cui Abbas, & Abb. hic num. 2. in fine.* Sed quia praedicti exempti Papae immediate subiecti itidem nimis distabant à Curia Romana, idcirco fuit eis concessum privilegium sibi eligendi Confessorem, ne pro dilatione penitentiae periculum immineret animarum, quae est ratio hic expressa: & hanc distantiam à suis Superioribus, & à Curia Romana fuisse causam, & rationem hujus privilegii dicit Hostien. *hic nu. 7. in fin. vers. Nisi exempti sint, & Abb. eod. n. 2.*

36 At haec ratio cessat in cardinalibus non Episcopis, aut Legatis de latere, quia continentur in Romana Curia recedente, ut eis distat praecipuum à Leone X. in Constitutione edita super reformatione Praelat. Eccles. *Tertio minus Maii 1514.* nec possunt recedere à curia sine licentia Papae, cum habeant alias ligatas, ut inquit Hostien. in cap. *Ecclesia vestra, in secundo, de deß. Sarnen, in reg. de impetr. benef. vacan. per obs. famul. Cardin. qu. 1. num. 4.* Et ne sit Bald. in cap. *Bona si secundo, de postulat. Praelat. acquiparantur*, stellis fixis, quae non moventur nisi motu orbis, sicut & Cardinales non moventur nisi motu Papae. Et de jure communi tenentur recedere in suis titulis, alias debent deponi cap. *2. de Cler. non restit. ubi à Leone III. resertur Anastasium Presbyterum Cardinalem titulum Beati Martelli in Synodo depositum fuisse eò quod parochiam suam per annos quinque contra Canonum instituta deleverat, de quo per Ioann. Andr. in addit. ad Specul. eod. tit. circa fin. & Oldrad. conf. 48. Ius commune, & arguit in simili*

37 Jo. Andr. post Hostien. in cap. *In his, circa med. in ver. Consecuti, supra de privi.* ubi concludit privilegium Altaris vaticani, de quo ibi, cum licet concessum fratribus Praedicatoribus, & Minoribus in novitate sua quando carebant propriis Eccl. suis, & habebant Oratoria simplicia, non habere amplius locum, cum hodie habeant Ecclesias consecratas, & sic cessat ratio privilegii: & sequuntur ibi Anton. de Butr. *num. 8. & Abb. num. 3.* & magis ad rem nostram privilegium ut Episcopis, eorumque Superiores nullam interditi, vel suspensionis poenam incurtant, nisi in licentia siue expressa, de quo in c. *Quia pecculofum, de sent. excomm. in 6.* Non competit Cardinalibus, cum in eis cesset ratio

38

39 tio illius Decretalis, scilicet impediendi officium episcopale, secundum Joann. de Anan. in rubr. de Cler. excomm. in ult. col. & Felin. in cap. *Quod super hiis, num. 12. vers. Secundo quoniam etiam, de fide instrum.* & in terminis privilegii, de quo agitur, quamvis littera hujus textus indistinctè loquatur de Praelatis exemptis, tamen quia in exemptis, qui non subsunt Papae, sed aliis Superioribus, cessat ratio distantiae ab Urbe, & dilationis in textu considerata: cessat etiam privilegium secundum Hostienem, & Abb. *locis citatis.*

40 Quamobrem cessante privilegio, Cardinales confiteri debent Papae, vel Majori ejus Penitentiario, quibus in foro penitentiali subijciuntur. Martinus Laudensis in tract. de Cardinal. *part. 2. qu. 28. & 29. & Lancell. Corrad. in Templo omn. judic. lib. 2. cap. 2. de Cardinal. §. 2. num. 10.* Videtur enim in eis servandum quod de jure communi statuitur in aliis Praelatis exemptis, qui ante concessionem, de qua in textu nostro, simpliciter tenebantur confiteri Papae, vel Majori Penitentiario secundum Abb. *ibid. vers. Nota quod Praelatus exemptus.*

Atque ita Cardinales in Curia non habere hoc privilegium sibi eligendi Confessorem, sed solere illis per Papam concedi, tradit Marcus Antonius Cuccus in institut. Canon. *lib. 5. in tit. de Sacram. Penit. num. 173.* Neque obstant verba praedictae Decretalis, Et aliis Superioribus, quia verificatur in Archiepiscopis, Primitivis, & Patriarchis, ut notat ibi Jo. Andr. in princ.

40 Quibus tamen minime obstantibus, videtur respondendum hoc privilegium competere Cardinalibus etiam non Episcopis, aut de latere Legatis. Primum ponderando litteram textus in illis verbis, & *aliis Superioribus*: nam post habitis Doctorum alterationibus, Cardinales dignitate, & officio sunt superiores, & eminentiores Episcopis, ut validissimis rationibus diffinitur in epistola Decretali Eugenii IV. ad Archiepiscopum Cantuariensem scripta Florentina, ubi Eugenius praedebat in Concilio Florentino anno sui Pontificatus octavo, quae incipit, non mediocri, & est in Bullario 15. inter Constitutiones Eugenii.

Unde cum Cardinales secundum latitudinem eorumdem verborum includantur in dicta Decretali, non dicitur fieri extensio de uno casu ad alium, sed potius declaratio, & expressio ejus quod tacite inest: atque ita cessat ratio superius considerata in prima oppositione: nam & in privilegiis sit lata interpretatio, quatenus patitur verborum proprietates, ut post alios tradit Decius *conf. 115. Viso renore, num. 6. vers. Et idem cum multu.*

Praetertim verò quia, ut inquit Abb. *hic num. 3.* cum in indulto eligendi Confessorem tractemus de favore, & fit beneficium Principis nulli nocens, debet fieri latissima interpretatio, ut cap. *Olim, infra, de verbor. signif. & in l. fin. ff. de Constitut. Prim.*

Ad haec privilegium electionis Confessoris conceditur hic, non solum Episcopis, & aliis Superioribus, sed etiam minoribus Praelatis exemptis. Unde quatenus hoc casu spectanda non esset praerogativa dignitatis, sed gradibus secundum quam Presbyteri Cardinales sunt minores Episcopis, ut notatur per glossam, & Doctores in cap. *Quantum, 2. q. 7.* & habetur in praedicta Decretali Eugenii IV. Atque ita quatenus Cardinales hoc re-

41 spectant non comprehenderentur in illis verbis, & *aliis Superioribus*; comprehenduntur tamen in sequentibus, necnon minoribus Praelatis exemptis: utraque enim qualitas Praelationis, & exemptionis proprie verificatur in Cardinalibus: nam five Praelatorum verbum accipiamus in strictiori significatione pro eis, qui habent jurisdictionem fori contentiosi juxta textum in cap. 2. & ibi glossa *in ver. Praelati, de sepult.* five accipiamus large, ut etiam comprehendat habentes jurisdictionem fori penitentialis, ut sunt Rectores Parochialium Ecclesiarum, qui largo modo dicuntur Praelati, cap. *Tua, de Cler. agror.* prout secundum Abb. *hic n. 3.*

42 Accipi debet hoc casu, in quo agitur de favore, & beneficio Principis nulli noxio: dubium non est quin comprehendantur Cardinales, qui in suis titulis, & in Ecclesiis, quae ipsi tituli sunt subiectae, facultatem habent corrigendi, censuras ecclesiasticas fulminandi, & caetera faciendi, quae sunt jurisdictionis episcopalis, cap. *Hic qua, ubi omnes notant, de maior. & obed. cap. Querelam, de elec. Extravag. Clem. VII. Sanctiss. in Christo Pater, &c.* & est communis opinio, ut testatur Roman. sermone suo post consilia *num. 19. in fine*, & propterea conferuat minores Ordines utuntur episcopalis insignis, & benedicunt solemniter, licet non habeant consecrationem aliquam, sed nudos Ordines sacros, Felin. in cap. *Inter monasterium, num. 2. de re judic.* Et quamvis cum olim dubitatum esset in Sac. Congregatione Concilii Cardinales, qui habent titulos Ecclesiarum Urbis, possent in suis Ecclesiis titularibus, & earum subditis uti illis facultatibus, quae à Concilio Trident. tribuuntur Episcopis in suis civitatibus, & dicecelsis, & specialiter illis, quae comprehenduntur *sess. 24. cap. 6.* Facta relatione Sanctissimo Sanctitas sua dixerit se non ea, ut quae Episcopis concessa sunt à Concilio, competant Cardinalibus in suis titulis, quia licet habeant quasi Episcopalem jurisdictionem, ibi tamen verè, & proprie non sunt Episcopi: Nichilominus haec decisio ut in libris S. Congregationis est adnotatum, intelligenda est quoad facultates concessas à Concilio. Extra illas autem salva manet jurisdictio Cardinalium in titulis suis, iuxta notata in d. cap. *Hic qua, de major. & obed.* & propterea Cardinales praelaturam, seu praelationem Ecclesiarum habere patet clarè ex cap. *unicò ibi. Praelaturae perpetuo privantes, & infra, Praelatione, dignitate, statu, & honore ecclesiasticis omnino privamus, de schismat. lib. 6. & ut dicitur in cap. 2. in 1. notab. de Cler. non restit. & in d. cap. Hic qua, in ver. Obedientiam.* Et per praedicta cum in Constitutione 6. Gregorii XIV. de forma conficiendi processus super qualitatibus promovendorum ad Cathedrales Ecclesias, §. 7. Cautum sit ut Praelatus inquirens si par se non posset ob locorum distantiam testes examinare circa articulum aliquem, ut legitimos natales, vel etatem, aut aliquid ejusmodi, liceat ei articulum illum alteri personae in dignitate Ecclesiastica constituae sub delegare. In S. Congregatione rerum Constitutionum habitae die 6. Augusti 1649. dictum fuit Praelatorum appellationem comprehendendam Cardinales Provinciae, vel Regni apud Sedem Apostolicam Protectores, qui ex eadem Constitutione §. 6. & ex Instructione Urbani VIII. §. 4. Facultatem habent hujusmodi inquisitiones faciendi. Licet in speciali casu Ecclesiae Archimanditaris

Messanen. in quo Cardinalis Sicilie Protector pro impugnatione processus confecti à Nuncio Hispaniarum super statu dicti Archimandrius commiserat Archiepiscopo Messanen. ut testes reciperet super valore illius Ecclesie dictum fuerit id ei minimè licuisse, quia stante praeventione Nuncii in inquisitione, Cardinalis Protector non erat Prælati inquirens, de quo Constitutio loquitur, nec poterat processum illius impinguare, aut sup-  
 plere.

43 Indubiè etiam verificatur in Cardinalibus secunda qualitas, idest exemptio; quoniam Papæ immediate subijciuntur, d. cap. 1. de schismat. lib. 6. Anchar. conf. 295. Pro clariori, num. 7. vers. Sexto probatur, & tamquam Senatores lateri Principis affluunt, & dicuntur pars corporis illius, gl. in Extravag. Execrabilis, in ver. Circanos, de praben. Jo. Monach. Jo. Andr. & DD. in d. cap. unio. de schism. lib. 6. & dicuntur liberi primigadus, & membra capitis; cum tamen reliqui Prælati sint membra corporis, ut ait gl. in Extravag. Dudum de schismat. inter commun. litesque & causæ inter Cardinales quomodolibet verentes Summi Pontificis decisionis reservantur in Extravag. Pauli IV. quæ incipit, Cum sapius; adeo ut propterea ab Oldrado conf. 48. ius commune, num. 48. tamquam collaterales, & pars corporis Papæ dicantur magis illustres, & Cardinalium exemptio redundet etiam in familiares ipsorum, ut in cap. 11. in fin. sess. 24. Tridentini Concilii, & tradit Clar. in §. fin. qu. 35. num. 17. ubi ait familiares Cardinalium iudicari ab ipsis solis Cardinalibus, ita ut nec Vicarius Papæ eos iudicet, sed remittat ad suos Cardinales, qui propterea habent privatum carcerem; & testatur ita de stylo Curie observari.

45 Nec dicatur, Cardinales non videri exemptos, cum subsint tuo immediato superiori, ac iudiciorum ordinario, quæst. Papa, Anchar. d. conf. 295, num. 7. vers. Sexto probatur; nam respondetur textum nostrum, dum loquitur de Prælati exemptis nullo modo esse intelligendum de Prælati exemptis à jurisdictione Papæ, à quo nullus ecclesiasticus exemptus est, nec eximari potest, cap. Cuncta per mundum, §. qu. 3. cap. 1. cum pluribus, §. 4. diff. Extravag. Vnam Sanctam, de major. & obed. etiam concord. Innoc. in cap. Cum dilecti, de foro compet. latè Felin. in cap. 1. num. 6. & seqq. de Constit. alias lex lata est super impossibili contra textum in cap. Erit autem lex, 4. diff. sed esse intelligendum de exemptis ab Ordinariis locorum; imò de illis tantum, qui immediate subiecti sunt Papæ, secundum Host. & Abb. hic quales dubitari non potest, quin sint Cardinales, ut ostensum est supra.

64 Confirmantur prædicta, & quia S. Congregatio Concilii jam declaravit Cardinales gaudere privilegio altaris viatici, de quo in cap. fin. de privi. in 6. & tamen illa Decretalis non loquitur nisi de Episcopis, & eorum superioribus: ergo multò magis gaudere debent privilegio electionis confessoris in terminis huius Decretalis, cum nec non solum loquatur de Episcopis, & aliis superioribus, sed etiam de minoribus Prælati exemptis; atque ita magis latè pateat, quam illa, & sit etiam favorabilior propter rationem petuli animarum in ea expressam, cap. Præcipimus, §. qu. 1. Abb. conf. 63. Præter primo, n. 3. vers. Item quis debet magis diligere lib. 1.

47 Et ex his patet responsio ad objectionem quoad primum, cum litera textus ibi, & aliis superioribus, & ibi, Prælati exemptis, propriè conveniat Cardinalibus; hæc non dicitur extensio privilegii de persona ad personam, sed de declaratio cap. Ad audientiam, & ibi gl. 1. & fin. de decim. In quacumque autem materia etiam odiosa, & strictè accipienda sit lata interpretatio quatenus patitur proprietas verborum, ut est textus in l. Cum lege, & ibi Arctini notat. ff. de testam., & quatenus verba huius privilegii essent dubia, debent tamen largissime interpretari, cap. Olim, de verb. signif. cap. Cum dilecti, de dolo, & consens. gl. in d. cap. Ad audientiam, in ver. Asserunt, & de hoc privilegio eligendi confessorum tradit Abb. hic n. 3.

48 Ad secundum motum respondetur distantiam à superioribus, vel à Curia Romana non fuisse causam finalem huius concessionis, sed potius impulsivam; quod patet ex eo quod Episcopus non prohiberetur sibi eligere confessorem, si Archiepiscopus esset præsens, puta ex causa visitationis provincie, vel accessus Episcopi ad Synodum provinciam, vel alia occasione; nec alius exemptus esset prohibendus in Curia uti hoc privilegio ex eo quod patere posset accessus ad Papam, vel majorem Pœnitentiarium. Ergo signum est huiusmodi distantiam fuisse causam motivam privilegii, quæ cessante non cessat privilegium, ut plene notatur per Bartol. in Extravag. Ad reprehendam, in ver. Nec ex eorum absentia, in princ. num. 12. & seq. quod colligitur etiam ex dictione illa, pro, de qua in textu, quæ causam impulsivam importat quando adijcitur verbis prolati ad favorem privilegiati, ut hoc casu, Bald. conf. 337. Et privilegio, in princ. num. 2. lib. 3. Præsertim quia in privilegii causa in dubio præsumitur impulsiva, Jo. de Imola conf. 33. num. 2. & seq. Ideoque videmus privilegium altaris viatici fuisse concessum Episcopis, & aliis superioribus ob causam expressam in cap. fin. de privileg. in 6. videlicet quoniam Episcopi esse debent diversis ex causis à suis Ecclesiis, & diocæsis absentare sic quænter: & nihilominus quia causa illa fuit impulsiva, Episcopi uti possunt privilegio illo etiam in propria diocæsi, & extra causam absentie, ut notatur ibi Archid. in ver. Vbiunque, & declaravit S. Congregatio Concilii: Ergo similiter uti poterunt privilegio electionis confessoris concessio propter distantiam superiorum etiam extracausam distantie.

Deinde respondetur non simplicem distantiam superiorum fuisse causam dicti privilegii, sed peticulum animarum, quod imminet ex dilatione confessionis, ut legitur in textu quæ quidem causa magis latè patet, quia potest provenire ex aliis causis, & impedimentis, quam ex superioris distantia, puta si superior sit infirmus, vel aliis impedimentis, aut ad eum difficilis pateat accessus. Hæc autem causa satis verificatur in Cardinalibus in urbe existentibus, quia experientia docuit Summum Pontificem gravissimis negotiis præeditum, & Majorem ejus Pœnitentiarium vacare vix posse confessionibus Cardinalium audiendis; nec facillè ad eos aditū patere omnibus diebus, & horis, quibus Cardinales volunt confiteri, præsertim illis, qui singulis ferè diebus in suis capellis Missam celebrant. Ergo quatenus causa illa tamquam pia, & respiciens favorem animæ esset finalis, juxta notata per Roman. conf. 438. In casu consultationis

in. nu. 5. vers. Ultimo, hæc est, tamen sùlla recto iudicio expendatur, non cessat in Cardinalibus in Romana Curia residentibus: vere enim si pro absolutione sacramentali obtinenda semper oporteret eos personaliter accedere ad Papam, vel Majorem Pœnitentiarium; profectò necesse esset ut sæpissime confessionem differrent. Et propterea Victoria in summa in tit. de confess. nu. 154. attestatur quemlibet Cardinalem de consuetudine habere privilegium prædictum; idè neque de jure generaliter sentit Jo. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de legato, §. Sequitur, in fine addit. ubi ait: Cardinalibus etiam non Legatis competere sex privilegia Episcoporum notata in Decretali ultima, de privileg. lib. 6. in gl. de penult. Inter quæ privilegia glossa secundo loco recenset privilegium huius cap.

50 Quoad secundum articulum, videlicet an Cardinales, quatenus habeant privilegium sibi eligendi confessorem, possint eligere non curatum, nec approbatum ab Ordinario.

Pro sententia affirmativa asseritur, quod quilibet sacerdos in collatione Ordinis recipit potestatem, seu jurisdictionem fori pœnitentialis habere; licet illam non consequatur actū, nisi quando habet personam, super qua licet jurisdictionem, quam habita habet, exercere actū. Quam jurisdictionem actū recipit, quando quis vigore privilegii illum eligit in confessorem, & illi se subijcit. Et ideo Theologi communiter tenent privilegium posse eligere sacerdotem non curatum nec ab Ordinario approbatum, Sot. in 4. dist. 18. qu. 4. art. 3. Navarr. in cap. Placuit, num. 40. cum pluribus seqq. dist. 6. ubi hanc partem acerrime tuerit, & Jacob Grassi in decis. cas. consuet. lib. 4. c. 15. nu. 11.

51 Quod validius confirmari potest in privilegio Cardinalis; quia ante Concilium Tridentinum quilibet sacerdos saltem de consuetudine habebat privilegium eligendi sibi confessorem sacerdotem tamen non curatum, nec approbatum, ut tradunt Sor. Navarr. & Grassi in locis præalleg. quare si Cardinalis post Concilium teneretur eligere approbatum, non operatur aliquid suum privilegium ultra illud simplicis sacerdotis, contra cap. in his de privileg.

Nec videtur obstat Concilium Tridentinum cap. 15. sess. 23. quia in generali privilegiorum derogatione non venit privilegium Cardinalis, Io. Monach. in cap. 1. n. de schism. in 6. ubi tenet Cardinales, cum eisdem dignitatis prærogativam, quæ tenent prælati, sint specialiter nota digni, in clausulis generalibus non comprehendi, nisi specialiter exprimitur, ut factum fuit d. cap. 1. & testatur ita fuisse obtentum in terminis revocationis expectationis præbendas, quam fecit Bonifacius VIII. in cap. fin. de concess. præben. eod. lib. & sequitur in d. cap. 1. Io. Andr. ubi dicit sub generali dispositione quamvis comprehendantur Episcopi, non tamen comprehendi Cardinales, quia major est ratio in Cardinalibus, cum sint viciniore Papæ. Et hanc partem tuerit Abb. in Clem. 1. in princip. de excess. Prælator. Roman. conf. 498. In casu quo queritur. Anchar. latissime conf. 295. Pro clariori, & conf. 297. Efficatus, Felin. in cap. Cum in iure peritus, in 3. col. de offic. delegat. Bartholom. Belin. olim Rotæ Auditor in cap. Super his, de pda. instrum. & quam plurimos recenset Quintil. Mandol. reg. 19. de in-  
 Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.

51 Præterea considerandum est verba Concilii esse dicta ad sacerdotes audientes confessiones, non autem ad penitentes, maxime habentes privilegium eligendi confessorem; qui propterea non videntur comprehendi, & ex huiusmodi consideratione oritur responsio ad verba derogatoria privilegiorum: nam illa verba derogatoria, & executiva non extenduntur ad non expressa in dispositiva, nec alterant dispositionem, Clem. 1. §. Ad hoc si aliquid, de præben.

52 Cæterum his non obstantibus verior videtur contraria opinio, quia habens privilegium eligendi confessorem, tenetur eligere illum, qui ab Ordinario habet executionem, qualis est curatus, seu ab eodem Ordinario approbatus, glossa in c. Omnis utriusque, §. Si quis autem, in ver. Alieno sacerdote, & ibidem Cardin. Zabari. col. 2. Burd. num. 39. Abb. n. 14. & alii communiter, supra eod. Pet. Baven. in compend. jur. canon. par. 2. in eod. tit. lib. 6. & Vivald. in Candelabr. aut. in tit. de confess. nu. 26. in fine. Et omnis rigorosa reprehensio Navarr. vitii alioquin modèsi contra prædictam glossam, quæ est communiter approbata à Canonistis, non videtur rationalis; siquidem duæ rationes ab eo allegatæ contra glossam, quæ mihi videntur magis urgeri, tolluntur.

Prima quippe ratio est Navarr. & aliorum Theologorum, quod sacerdos habens jurisdictionem fori pœnitentialis solum habuit, illam recipit actū quando eligitur vigore privilegii. Quæ tamen ratio ultra particulares, quas recipit, responsiores diluitur uno verbo, quod petat principium, quod controvertitur. An scilicet per electionem simplex sacerdos consequatur jurisdictionem fori pœnitentialis: & ideo in eo, de quo disputatur, non est faciendum fundamentum pro decisione disputationis, Ripa in rubr. solut. matrim. nu. 58.

Secundario ratio est sumpta à simili de iudice Cartulario; de quo tamquam à diversis non potest argui, quia jurisdictionis, quam iudex Cartularius habet super eo, qui illud adit, non dicitur concessa ab eo privato illum ad eum, qui non potest illam concedere, sed à Principe, qui eam illi iudici dedit, & date potuit. Nos autem non verlamur in jurisdictione à superiore datā ipsi confessorio, sed in facultate eligendi confessorem concessa penitenti, quæ facultas eligendi iudicem fori pœnitentialis intelligitur de iudice competenti, non autem de incompetenti, & illam actu non habente, ad Afflic. decis. 257. num. 4. & Marcabr. conf. 84. num. 43. & 43.

54 Non obstat, quod privilegium Cardinalium esset supervacaneum considerato privilegio cuiuslibet Presbyteri; quia stant simul ut Presbyter habeat privilegium eligendi, & Cardinalis habeat idem privilegium, quod non propterea dicitur supervacuum, & inane, sed satis operatur, quia Presbyter habet illud ut Presbyter, & Cardinalis habet ut Cardinalis, licet non sit sacerdos, quia sacerdotium non est de essentia, & substantia Cardinalatus, ut in Constitutione Sixti V. quæ incipit, Religiosa, §. 13. Aprilis 1587. Accedit quod cum simplices sacerdotes non sint super hoc specialiter privilegiati, consuetudo eligendi confessorem illis non suffragatur tamquam sublata in cap. 2. inf. eod. lib. 6. ut inferius dicitur, & verba illa, etiam sacerdotum, in c. 15. sess. 23. videntur apposita ad omnem dubium removendum.

55 Minus obstat quod Cardinales non veniant in generali privilegiorum derogatione: siquidem contrariam sententiam, eo quod generalis legis dispositio comprehendat non solum causas, sed etiam personis privilegiatas, & Cardinalium prerogative quamvis multum atendantur in honoribus descendentis, non tamen eximunt eos à vinculis sacrorum Canonum, & Apostolicarum Constitutionum, ut per Sarnen. in *præm. regular. Cancell. qu. 4. n. 5.* ubi pluribus rationibus utrimque adductis concludit sententiam affirmativam esse firmiorem, & veriore, quam etiam pluribus fundamentis comprobatur Felin. in d. cap. *Quod super his, nu. 12. vers. Et quando dicitur quod in lege, de fide instrum.* & idem ante ipsum scripserunt Archid. & Jo. Andr. in cap. *Nemo deinceps, de elect. in 6.* dum dixerunt illum textum in ver. *Nemo* comprehendere etiam Cardinales, de quibus non oportuit fieri specialem mentionem, cum indefinita æquipollet universalis quod etiam tenet ibi Gemin. & in d. ca. *de schismat. in 6.* ubi reprobat opinionem Jo. Monachi dicit in hoc non esse illi credendum tamquam Cardinali, ut refert Felin. loco citato, & pro hac parte sepius judicavit Rota, ut testatur Sarnen. d. *qu. 4. num. 7.*

Inter fundamenta vero, quibus hæc posterior sententia fulcitur, duo sunt præcipua. Alterum est, quod considerat ibi Felin. quia aliàs sequeretur, ut frõ nulla lex canonica ligaret Cardinales, cum rarissime de illis fit mentio; quod est t maxime absurdum, cum statuta Canonum ab omnibus sint cultodienda, cap. *1. de Const.* & maxime ab iis, qui in eminentiori gradu consistunt, reliquis inferioribus exemplo esse debent, cap. *Cum quidam, de jur. c. Principum, de poenit. dist. 2. l. Presbiteri, C. de Episc. & Cler. glos. in c. 2. §. in ver. Tamquam, de translat. Episc.*

56 Alterum est fundamentum, quod adducit Sarnen. ubi supra, quia etiam ipsa Augusta, qua aliquando inraditur radiis Augusti, & gaudet illius privilegii ut in l. *Fiscus, §. fin. ff. de iure fisci, & nona, & eadem ratio cum Principe reputatur, sub generali iure vinculo comprehenditur, ut est textus notatus in d. l. *Principes, ff. de legib. nisi sp. cialiter excipiatur, in quibus terminis procedunt l. penult. C. de donat. inter vir. & uxor. & in l. Bene a Zenone C. de quadam præscript. quas in contrarium adducit Andr. Barbat in c. *In nostra, in 2. col. de re script. ff. de legib.* ergo idem dicendum in Cardinalibus, licet eodem modo sint pars corporis Papæ, sicut Augusti Imperatoris: præsertim quia Cardinales in aliud sint, quam Papæ Conciliarii, c. *Fundamenta, §. Dicitur de elect. lib. 6. & c. In parochia, 16. qu. 1. cum concord. Item Patritii, Consules, & Senatores, c. *Constantinus, 96. dist. c. Ecclesia, 16. qu. 1. Innoc. in c. Cuius te, nu. 1. de re iudic. At nemo dixerit Senatores, aut Conciliarios legum vinculis non arctari, à quibus solus Princeps solutus dicitur in d. l. *Principes, ff. de legib.* qui tamen à naturali illorum ratione immunitas non est, ut l. *Digna vox, C. eod. ubi B. l. in princ. ut Principem non esse sub lege fori, sed tamen esse sub lege poli, naturæ, rationis: de quo per Felin. in cap. 1. nu. 31. & seqq. de Const.*****

57 Sed quidquid sit de veritate harum opinionum, quas fœdè distinctionis nititur conciliare Sarnen. in *præm. reg. d. qu. nu. 5. in fine.* quatenus pro regula admittenda sit opinio negativa; illa tamen communiter à Doctoribus limitatur, ut non pro-

cedat quando derogatoria dispositio respicit favorem publicum, & animæ utilitatem, vel periculum, quia tunc complectitur etiam Cardinales, ut tradit Prepos. in c. *Non licet, in princ. 10. dist. Bartholom. Belenzin. in tract. de charit. subsid. qu. 66. nu. 16. & 17.* idque per viam regulæ tradit Jo. Monach. in Extravag. Bonifacii VIII. quæ est prima in ordine suo sub tit. *de sentent. ex comm. in extravag. commun. glossatis per eundem in ver. Clericos, & sequitur Sarnen. in præm. regul. q. 4. n. 6. & in reg. de infirm. q. 3. nu. 4.* ubi testatur hanc videtur communem resolutionem, sive de commodo, sive de præiudicio eorum agatur.

Ratio est, quia in his, quæ concernunt salutem animæ, Cardinalis non differat à quolibet populari, ut post Roman. & alios, quos refert, tradit Belenzin. loco citato, & Sarnen. in *reg. de publ. resign. q. 13. n. 3.* ubi præterea tenet illam regulam comprehendere etiam Cardinales, cum sit fundata in bono animæ, ut fraudes, & doliventuras, & idem censet quoad regulam de infirmis in q. 3. n. 3. at Concilium Tridentinum in d. c. *15. sess. 23.* concernit publicum favorem, & salutem animæ, dum committit Ordinaris cognitionem, & approbationem sacerdotum ad confessiones audiendas; ad D. Thom. in d. *dist. 17. q. 3. art. 3. q. 4.* & propterea videmus decretum Concilii generalis in c. *Omnis utriusque, supra eodem* comprehendere etiam Cardinales, licet de illis mentionem non faciat per ea, quæ dicit Abb. in c. *Omnes de major. & obed. & in c. Novit, in 3. col. de iudic. & firmat Sarnen. in præm. d. q. 4. n. 6.* Et sane nemo dixerit Cardinales non teneri semel in anno peccata sua confiteri, & sacram communionem suscipere, cum sanctiores cæteris esse debeant, ut per Sarnen. in *reg. de impetr. benef. viron. q. 6. n. 1.* Et quemadmodum Cardinales sunt subiecti peccato, quia nulla dignitas à peccato excusat, c. *Magna de voto: ita & iuri tractanti de remissione peccati, ut in Papa arguit Anton. de Butt. in d. c. *Omnis utriusque, n. 23.* Ergo idem decedam de Concilio Tridentino; & eo magis, quia in d. c. *15. sess. 23.* derogatur privilegiis, & consuetudinibus quibuscumque etiam immemorabilibus, quæ tamen derogatio non legitur in d. c. *Omnis utriusque;* unde quatenus etiam hoc casu ageretur de dispositione penali, & odiosa odio irrationabili, & exorbitanti, quo casu communis opinio videtur, ut non includat Cardinales secundum Sarnen. in *reg. de infirm. q. 3. 4. & in præmio q. 4. nu. 2. vers. Tertius casus:* tamen succederet doctrina Felini in c. *Quam juris peritus, de off. de leg. & in rubr. de major. & obed. ubi ait defendi non posse opinionem illam quod Cardinales non comprehendantur in dispositione generali habente clausulas prægnantes: cuius dictum refert, & sequitur Sarnen. in *reg. de valore, q. 1. n. 6.***

61 Similiter non obstat, quod verba Concilii sint directa ad audientes confessiones, non autem ad penitentes: quia confessor, & penitens, item audire confessiones, & confiteri sunt relativa; & ita decretum Concilii loquens de uno comprehendit aliud: nam lex corrigens in uno ex correlativis, corrigit etiam in alio, l. *fin. ubi hoc tenent Bart. Angel. & Doct. C. de iudic. ipidit volen.*

62 Postremo jam S. Congregatio declaravit privilegium eligendi confessorum, quod competit Episcopis in vum huius Decretalis non esse quidem à Concilio sublatum; sed tamen non posse sibi eligere

gere sacerdotem sibi non subditum, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut à suo Ordinario approbatus fuerit ad confessiones audiendas, ad præscriptum d. cap. *15. sess. 23.* idemque declaravit Gregorius XIII. audita relatione Congregationis; cuius resolutionis fundamenta habentur in præcedenti questione à n. 6. usque ad n. 30. Ergo idem dicendum in Cardinalibus per ea, quæ tradit Sarnen. in *reg. de valore q. 1. nu. 6.* præsertim verò, quia in dispositione illius articuli multas rationes perpendit S. Congregatio, quæ plurimum hanc sententiam confirmant.

63 Quod si obiciatur, si Cardinales in curia residentes tenentur confiteri sacerdotibus approbatis, ergo nihil eis prodest privilegium, contra c. in his, de privileg. quia sacerdotibus approbatis omnis utriusque sexus in Curia degens potest confiteri, juxta d. cap. *15. sess. 23.* neque hac in parte est opus privilegio.

64 Respondetur privilegium prodesse Cardinalibus in quatuor. Primo, quia possunt eligere alienum sacerdotem curatum, quem circumscripto privilegio eligere non possunt, cum non sit proprius corum sacerdos, juxta c. *Omnis, supra eod.* ibidem omnes notant, & est ex mente S. Congregationis Parochiani non posse audire confessiones alterius Parochiani sine proprii sacerdotis licentia etiam infra limites propriæ parochiæ, cum confessio sacramentalis sit actus iudicialis, qui exerceri non potest in eum, in quem sacerdos ordinariam, vel delegatam non habet jurisdictionem, ut est diffinitum in cap. *7. de cas. reser. sess. 15. Concilii Tridentini.*

65 Secundo, quia stante privilegio, Cardinales in urbe poterunt confiteri cuicumque sacerdoti etiam extra urbem ab Ordinario loci approbato, cui sine privilegio confiteri non possent, cum sacerdos sine seculari, sive regularis approbatus in una diecesi non possit audire confessiones extra illam diecesim, ut similiter aliàs resolvit S. Congregatio.

66 Tertio prodest privilegium, quia Cardinalis extra Curiam poterit secum ducere confessorum in urbe approbatum, & illi confiteri in quacumque diecesi, quod non liceret circumscripto privilegio, quia sacerdos in una diecesi approbatus ex sententia S. Congregationis non potest in alia diecesi audire confessiones etiam personarum illius diecesis, in qua est approbatus, licet Parochus, qui jurisdictionem habet ordinariam possit audire confessiones suorum Parochianorum in quacumque diecesi.

67 Quarto, & ultimo prodest potest privilegium, quia Cardinalis sine curiam poterit confiteri cuicumque sacerdoti etiam seculari ab Ordinario loci approbato, aut ibi parochiale beneficium habenti, quod abque privilegio non liceret; quia quidquid sit in regularibus, sacerdos secularis in una diecesi approbatus, ex sententia itidem Sacre Congregationis non potest audire confessiones sibi non subditi, ut ostensum est supra in 1. casu.

68 Neque in supradictis quatuor casibus suffragatur quævis contraria consuetudo: quia ut legitur in cap. *2. de poenit. & remis. lib. 6.* nulla potest consuetudo introduci, quod aliquis præter sui superioris licentiam confessorum sibi eligere valeat, qui eum possit solvere, vel ligare; idque etiam consuetudo sit longissimi temporis, ut ibi per Jo.

Andr. qui ad hoc ponderat illam dictionem universalem negativam, *nulla*: imò etiam si immemorabilis, secundum Gemin. col. 1. vers. *Quæro circa secundum, & Franc. col. 1. n. 3. vers. Tertio nota,* atque ita in hoc majoris est potentia privilegii, quam consuetudo, ut ibi per Franc.

De Sententia excommunicationis.

Cap. Cum non ab homine.

S V M M A R I V M.

1 **X**communicatus pro violenta manu iniectione in Clericos ante denunciationem vitandus est, nisi sit occultus.

2 **X**communicatus non est interficiens Clericum, qui contempro Clericali habitu se enormitatibus immiscuit.

3 **C**UM NON AB HOMINE. Ante denunciationem vitandus est excommunicatus pro violenta manu iniectione in Clericos, nisi sit occultus. Hoc primo Interficiens Clericum, qui contempro clericali habitu se enormitatibus immiscuit, excommunicatus non est. Hoc dicit secundo Jo. Andr. Quoad primam partem Decretalis hodie ex Constitutione Martini V. in Concilio Constantiensii edita, quæ incipit, *ad evitanda.* Excommunicati ante denunciationem non sunt vitandi, nisi sint notorii Clericorum percussores; de quo dicit plenè scriptum in cap. *Quod à prædecessore, à n. 39. supra de schismat.* Quo vero ad secundam partem, si quis an Clericus, qui dimisso clericali habitu, & tonsura ingerit se enormitatibus, perdat privilegium Canonis, vel fori, distingue, ut dixi in cap. *Perpendimus infra eod. præsertim à nu. 12. usque in finem.*

De Sententia excommunicationis.

Cap. Pervenit.

S V M M A R I V M.

1 **E**piscopus non potest absolvi eum, qui leviter percussit Clericum, sive speciali commissione, juxta unum intellectum, & num. seqq.

2 **Q**ui reprobat, nu. 4. & seqq.

3 **E**piscopus absolvit pro levisima injuria Clerico illicita.

4 **L**ectura fugienda, sunt, per quas Decretales reducuntur ad gratiam.

5 **D**ispositio respiciens duo determinabilia debet utrumque pariformiter determinare.

6 **D**ictio, etiam, est implicitiva casus precedentis cum eisdem qualitatibus.

7 **E**xcommunicati pro levi manu iniectione in Clericum possunt per Episcopum absolvi.

8 **E**xcommunicati ob percussorem Clericum quibus casibus per Episcopum absolvi possunt compendiosa distinctione.

9 **P**ralatus inferior habens jurisdictionem quasi Episcopalem an possit absolvi subditi: ab excommunicatione ob levi Clerici percussorem, & num. seqq. usque in finem.